

vitia confufioni adfcribit, ordini oppofitæ. Scio in quo fit mala voluntas, id in eo fieri, quod si nollet, non fieret; & ideo non neceffarius, fed voluntarios defectus iufta pœna confequitur. Deficit enim non ad mala, fed male, id est, non ad malas naturas; fed ideo male, quia contra ordinem naturarum ab eo, quod summè est, ad id, quod minus est. Pergit per fingula vitia, ordinis inverfionem probare; inftauratq; probationem lib. 15. c. 22. ubi humanos actus ad amorem revocat, bonum autem amorem ad custoditum ordinem; malum ad perturbatum ipfum ordinem. Unde concludit: Unde mihi videtur quòd definitio brevis, & vera virtutis, ordo est amoris: propter quod in S. Cantico Cantic. cantat Sponfa Chrifti, civitas Dei: Ordinate in me charitatem. Cui doctrinæ cognata est illa fententia ejuſdem Doctoris in lib. 1. de ordine c. 7. Non diligit Deus mala, nec ob aliud, niſi quia ordinis non est, ut Deus mala diligit, & ordinem ideo multum diligit, quia per eum non diligit mala. Vide quantus Doctor quantum ordini tribuat, ut ab eo virtutem definiat, imò totam inde divinam exigat probitatem. Contrà, five originariam, five actuales culpas, uni adfcribit confufioni, ordinis adverſariæ. Certè S. Job ut inter cælum, & infernum diſtingueret, nihil habuit doctius quam ut in cælo ordinem commendaret, in inferno negaret. De inferno c. 10. 12. Ubi nullus ordo, fed ſempiternus horror inhabitat. De cælo c. 38. 33. Numquid noſtri ordinem cæli? Vide dicta ſuprà n. 188.

Bona ordinata, mala inordinata sunt.

In calis ordinata omnia, in inferno inordinata & confufa.

Chriftus alienus à confufione in Matris ſue conceptione.

S. Anſelm.

Bacchonus.

Originaria Maria ſanctitas ab or-

243 Jam ergo Chriftum D. mihi ſpecta, futuram Matrem Virginem optimam parentem cogitantem, creantem, atque ab ipſamet conceptione excolentem. Etenim, non ille ordinis rationem habuiſſet, quo ſanctitatem omnem contineri noverat? non originariam confufionem procul averſiſſet, à qua univerſa vitiorum ac peccatorum confuſiſſima lues in ejus vitam deſlagraſſet? Haud otioſè idem Zorobabelis nomen, umbramque præmiſſam, voluit, quam ipſe tandem eſſet expleturus, confuſionis certè inimicus, ordinis amantiſſimus. Hujus porò in ipſo Marianæ conceptionis momento fuiſſe obſervantiſſimum, fidem facit graviffimus teſtis S. Anſelmus Cantuarjenſis lib. de Exordio mundanæ ſalutis c. 7. ubi ita: Certè ut ad hanc excellentiam (Matris Dei, orbique Reginæ) perveniret, in humillimo, hoc eſt, in utero matris ſue puriſſima originabaris. Quod ſtali modo concepta, & ordinata non fuiſſet, in tantam celſitudinem non ſucceviſſet. Quiſquis ergo de incrementi tui magnitudine gaudet, de ordinatione ipſius incrementi æquum eſt exultet, & exultaretur. Exquiſitiſſimè fanè. Rurſus c. 9. ſic ſcribit: Quòd ſi dicitur, te ante partum filii tui, beatique corporis mortem, originalis peccati legem, aliorum more, evadere non potuiſſe, ineptè dicitur, nec tanti ut ei reſpondeatur. Qualiter enim Mater Dei futura præordinata fuiſſet, ſi ad hoc te qui præordinavit, Deus non produxiſſet? Hujus rationis vim multis expendit Johannes Bacchonus, Theologi profundi nomine quondam celeberrimus in 4. Sent. d. 2. q. 3. ubi Anſelmicum argumentum in formam redigit ita: Potuit Virgo fieri ſancta ordinabiliter, & acceptabiliter, aut ergo ex ſpeciali privilegio voluit eam tunc ſanctà eſſe, & factum eſt, aut noluit: ſed hoc eſſet irrationabile, quia ordinare ad concipiendum ſanctum ſanctorum, & non eſſe ſanctam ordinabiliter, & acceptabiliter, includit

contradictionem. Et iterum, Deus eſt artifex ſanctiſſimus, & præpotens, & ſanctus ſanctorum: ergo tur. primordialia fundamenta Incarnationis ſue voluit habere ſancta ordinabiliter: Sed conceptio Mariae carnalis, ut prædeſtinata ad conceptionem Filii Dei, fuit unum fundamentum, & Spiritus S. aliud, de quibus Pf. 86. fundamenta ejus in montibus ſanctis: & hoc totum fuit privilegium, ex privilegio enim carnalis ejus conceptionis fuit ſancta ordinabiliter. Igitur conceptio Mariae ex privilegio Dei dicenda eſt ſancta, quia ordinata ad ſingularem præcellentiam concipiendi Filium Dei in Spiritu ſancto. Vides, Anglum antiquæ ac proinde melioris notæ illuſtrem Theologum, de mente S. Anſelmi, originariam Mariæ ſanctitatem ab ordine repetere, cujus rationem Deus in ejus habuerit Conceptione? Vides argumentum petere cum Anſelmo à Fundamento ipſo Virgineæ domus, quam Dei Filius extruere, atque incolere decreviſſet. Certè Anſelmus præter ordinem, imò contra rectum ordinem eſſe exiſtimavit, ſi ſanctiſſima Mariani templi fundamenta ab originalis culpæ luto peterentur. Opportunè ergo cum D. Bonavent. in Opus. 1. inſcripto, Laus Virginis Mariae, accinas:

Ante mundi originem Te Dominus ordinavit, Dum cæli latitudinem Sapienter fabricavit. Ex tunc ſancta mente cavit Per te Matrem & Virginem, Protoplasti, qui peccavit, Expiare voraginem.

S. Bonav.

Sed opportunè cum Maria, à Salomone Prov. 8. 23. verb. 8. 23. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum enim erant abyſſi, & ego jam concepta eram. LXX. vertunt: Ante ſæculum fundavit me, vel fundata ſum: atque huic lectioni adhærent multi ex Patribus. Ordine fundata dicitur: neq; enim firmum, ac ſolidum fuerit fundamentum, quod ordine caruerit. Fundari autem Virginem Matrem à Deo, nihil aliud fuit quam Marianæ vitæ ſtructuræ conceptionem, quaſi fundamentum, jacere. Quia verò hoc fundamentum jactum eſt abſque originaria confuſione, imò abſolutiſſimo gratiæ ordine; ideo ordinata prædicatur. Hæc curſim.

244 Huc advoco ex Jeremiæ cap. 30. unicum dumtaxat verſiculum, ſi priùs obſervem cum S. Hieron. præſante ad lib. 6. Comment. in illum Vatem; tria illa Jeremiæ capita 30. 31. & 32. ſecundùm litteralem ſenſum, fed parabolicum (hunc enim vocat myſticum, ſeu ſpiritualem) ad res evangelicas ſpectare. Ait ergo Dominus ibi: Ecce ego convertam conversionem tabernaculorum Jacob, & teſtis ejus miſerebor, & ædificabitur civitas in excelſo ſuo, & templum juxta ordinem ſuum fundabitur. Hæc idem Hieronymus cum alluſione ad Iſraeliticam libertatem ex Chaldaica ſervitute, ad inſtaurationem Jeruſolymæ, ad templique fundationem, de humana libertate per Chriftum allata, evangelicæque civitate ſupra verticem perfectionis erecta, de templi Chriftiani ordine, ac ritibus exponit; illumque multi alii ſequuntur. Quorum expoſitione innixi, cum hoc ipſum templum, Deiparam eſſe non pauci autument, quam Eccleſia perfecta imitata eſt; conſequens ſit, ut hæc verba; Et templum juxta ordinem ſuum fundabitur, de ejuſdem Mariani templi primo intelligamus funda-

Marianum Templum juxta ordinem ſuum fundatum à Chriſto.

fundamento, illudque exactiſſimo ordine jactum declaremus. Juxta ordinem ſuum fundandum dicitur. Porò nomen Hebr. miſpat Pf. 118. 91. Ordinationem vertunt LXX. aliàs ordinem Num. 9. 14. & 3. Reg. 4. 28. aliàs legem Jerem. 49. 11. aliàs præceptum ſeu mandatum, 3. Reg. 94. Iſai. 26. 9. Eſt ergo is ordo jure conſtitutus, lege præſcriptus: nam Hebraica vox cadit à verbo ſaphat, quod eſt judicare, reſpublicam moderari, jura, legesque conſtituere: quas ab effectu Hebræi ordinem dicunt: & nos Hiſpani Ordenanzas ſolemus nuncupare: nam his ſtatutis id agitur, ut omnia ex ordine peragantur.

245 Ergo Evangelicus Zorobabel prædicatur ab Jeremia Chriftus confuſionis hoſtis, Mariani templi fundamenta à primo gratiæ lapide ita collocans, ut nihil vel in ipſo Maria primordio præter ordinem, nihil præter divinam legem extaret. Nulla aſſeſſa, nulla ordinis perturbatio, nulla partium confuſio, quæ à prima illa originali culpa provenire poſſet. Pagninus legit, Juxta diſpoſitionem ejus. Arias, Super normam ejus. Vatablus, Secundum jus, vel judicium ſuum, id eſt, ut illud decet. LXX. juxta judicium ſuum ſedebit. Quod explicat Theodoretus de legitimo cultu in Dei templo ſervando. Rectè ad noſtrum inſtitutum. Nam in Mariæ templo ab ipſiſmet fundamentis, omnia ad normam, ad diſpoſitionem, ad ordinem, ad divini juris præſcriptum exacta ſunt, ut jam inde à primo lapide divinus cultus inibi legitime ſervaretur. Nec de nihilo eſt, quòd LXX. ſedebit legerint, pro Vulgato illo fundabitur; nam indicat fundamentum eſſe ſtabile, ac permanens, quod non facile diruatur, quemadmodum noſtra arenis ſubnixæ.

246 Denique hunc accuratiſſimum fundandi ordinem apprimè quidem myſticus Zorobabel, non ſolum ſuo nomine, fed tectonico ipſo inſtrumento indicabat: Et latabuntur (ait Zacharias) & videbunt lapidem ſtanneum in manu Zorobabel. En Architectus Zorobabel, qui Chriftum agebat; paratus aderat, inſtabat operi, qui coepit, ipſe perfecit: nam ſerò, diligenter, exactè omnia directurus, ac diſpoſiturus ad normam, tunc incumbere fabricæ. Libella ſtanneus erat lapis, quo nomine ſatis meditato, tanti opificis ars, ac ſtudium in fundando, atque erigendo templo designatur: nam ſtanneus lapis Hebraicè eſt hæben habedil, id eſt, ille lapis, ille ſeparans, diſtinguens, ſecernens: eò quòd ſtannum mixta, & adulterata inter ſe metalla per ignem conflata diſſociat; ut obſervat Cyrillus Alexan. S. Hieronymus, & Montanus legunt; Ille lapis illius diſviſionis, & diſcretionis: qua nempe Mariani ædificii fundamentum à reliquis humanis diverſum fuit, ſicut & tota reliqua fabrica, ob eximium, & exactiſſimum ordinem.

S. I. I. I.

Præter lapidem fundamenti eſſe Virginem Matrem in gratia conceptam.

247 ET educet lapidem præterium. Antequam hæc verba premam pro immunitate Deiparæ, ſtatuo; præterium hunc lapidem eſſe B. Virginem. Quod pronuntiatum tam diſertè profeſſi ſunt S. Helias annoſus ille Theſbytes Propheta, Mariæ addiſtiſſimus, & antiqui Hebræorum Doctores, ut

in Iſraelitica Eccleſia hanc explicationem traditione vetuſtam fuiſſe, putandum ſit. Audi in primis R. Haccadam apud Hebræos ſanctitate, & doctrinâ illuſtrem, qui Chrifti tempora cum præceſſerit, Chriftianorum rerum extitit interpres, religioſè in Chriftum, & Matrem Virginem animatus; ut probat Galatinus, & conſtat ex plurimis teſtimoniis, quæ ex ejus doctrina repetunt Chriftiani Doctores. Hic ergo in libro, quem de Revelationibus arcanorum condidit, in reſponſione ad quæſt. 3. ſic ſatur apud Galatinum lib. 7. de Ar-

Galatin. R. Acca-

(Mater Meſſiæ, de qua loquebatur) ex quævedus.

tribu, animadvertere debes, Parentem ejus duplex habiturum nomen, unum Eli, alterum Je-

bojakim. Et Eli quidem, quod eſt nomen primitivum, oſtendit eum ad ſublimem gradum aſ-

cenſurum: Jehojakim verò, quod eſt nomen com-

poſitum, ſignificat Deum in manu ipſius ſuſciturum ſalvationem Iſraelis maximam. Tribus au-

tem Juda deſcendit ex domo Zorobabelis filii Se-

albiel, ſicut ſcriptum eſt Zachariæ 4. cap. Quis tu, mons magne, coram Zorobabel? In planum

deducet petram primariam. Hæc petra prima-

ria eſt Mater Regis Meſſiæ. Hæc ille Haccadus, quibus non ſuam modo, fed Vatis Helia ſen-

tentiam recitat, ſibi in ſpelunca duplici oranti divinitus dictatam. Adde alium doctiſſimum

Hebræorum Magiſtrum Jonatham Uzielis filium, Chaldaicis metaphraſibus nobiliſſimum, qui verba Zachariæ, educet lapidem prima-

rium, Chaldaicè exponens, ſic ait: Et ex ipſa petra procedet Meſſias, cujus nomen eſt in æternum. Hunc autem Jonatham, Sixtus Sen-

enſis lib. 4. Biblio. ait floruiſſe ante Chriftum 21. annis, Genebr. lib. Chronol. annis 28. Se-

ranus noſter in lib. 1. de Rabbinis, cap. 16. in ipſo Chrifti tempore. Quò autem libenti-

us hujufce quoque Iſraelitici Doctores explicationem excipiant Chriftiani, adeat lector

Jacobum Chriſtopolita. in Pf. 20. ubi tam illuſtre ejuſdem Jonathæ teſtimonium de S. Triadis myſterio perleget, ut non Hebræum dixerit, fed Chriftianum.

248 Cæterum B. Virginem haud ineptè Pe-

tram à Propheta nundupatam, ut declaremus, Igniacenſis Abbatis Guarrici eximia promimus

verba ex Ser. 2. de Annunt. Dominica. Si Petra Chriſtus, ut ait Apoſtolus, non degenerat à Matre Filius, quando & ipſa petre nomine cenſetur. Ammō rectè vocatur petra, quæ & in

amorem integritatis propoſito firma, affectu ſolida, ſenſu quoque ipſo adverſus illecebram peccati tota inſenſibilis erat, & lapidea. Adde S. Bonaventuram in Opus. cui titulus, Laus B. Mariæ. ſic eam aſſatur: Tu lapis es angularis, qui das figuris terminum. Sed & Salomon Prov. 30. 19. inter illa tria difficilia Virg-

nis concipientis, & parientis exempla, petram numerat: Tria ſunt difficilia mihi, & quarum penitus ignoro. Viam Aquilæ in cælo, viam colubri ſuper petram, viam navis in medio maris, viam viri in adoleſcentia. abſtracto pro concreto ex conſuetudine ſacræ Scripturæ, adoleſcentia pro adoleſcentula Virgine; Hebraicè ghalnab. Difficilia tria illa cognitu, fed hoc quartum longè mirabilius. Nam vel Aquila aëra dividit, vel navis maria diſſindit, vel ſerpens ſerpendo aliquid petræ allinit; & quidem hi tres motus videri, & audiri poſſunt: At Chriſtus Virginem ingreſſus, Virgine egreſſus, neque cælum illud Virgineum diſcidit, neque

neque gratiarum mare dissecuit, neque solidissimae ac mundissimae petrae vestigium ul- lum appressit, quod vel perspicacissimus no- tassent Angelus. Sensum Evangelicum in hoc loco litterarium agnoscunt Patres, virique lit- teratissimi. Vide Del Rio To. 2. Adagio 276. Confeci petrae nomen, ac Symbolum haud alienum esse à Virgine Matre, ut Hebraicis il- lis Doctoribus, qui Zachariae petram ad Dei- param retulere, Christianos adderem, pro- batioremque redderem nostram interpretatio- nem.

249 Observo etiam, antequam ad ipsam pri- mam petram locandam accedamus; primum, primum hunc lapidem non esse Crisum, sed ejus Matrem; quia cum Zorobabel ipse sit fa- bricæ Architectus, ut perpendiculum in ma- nu ejus arguit; eoq; nomine Christum repræ- sentet Ecclesiæ artificem, cujus est lapides in ædificio statuere; non cohæret metapho- ra, si Christus sit Zorobabel, & lapis. Erit igitur Maria primarius lapis. Quod si quis di- xerit, primum hunc lapidem esse D. Petrum, sive ejus fidem, de qua Christus Matth. 16. 18. Tu es Petrus & super hanc petram ædifica- bo Ecclesiam meam, &c. Respondeo quod sæ- pè in simili sacrae Scripturae genere debet obser- vari; nempe cum Ecclesia tunc perfecta descri- batur, quando ad Mariæ normam exulta sit, cumq; tota etiam perfectio tunc absoluta fue- rit, cum ad Mariæ perfectionem fuerit confir- mata; idem hoc ipsum Templi ædificium pri- mario quidem litterali, ac præcipuo sensu, Ma- riam esse, Mariam adumbrasse: secundo tamen, eodemque litterali item sensu Ecclesiam per- fectam Mariæ similem. Sicut igitur in Eccle- siæ fundamento primus lapis fides Petri est; ita in Mariano templo primus lapis ille est, qui pro fundamento sit, qui Marianæ vitæ solidissi- mum fecit principium, primariam nimirum conceptus gratiam.

250 Tertio observo cum Del Rio nostro, Adagio 1014. tom. 2. & cum R. Kimchi com- mentar. lapidem hunc primarium dici, non quia ultimus & in culmine ædificii, summo- que fastigio (ut nonnulli volunt,) sed quia fun- damenti primus est, præcipuus, ordine pri- mus, ipsiusque rei principium: statim enim ac lapis statutus est, addit Vates: Manus Zoro- babel fundaverunt domum istam. Quasi dicat; ex auspiciatissimo fundamento coacto, colligere licet, quantum, qualeque totum ædificium sit futurum. Constat autem aperte, fundamenta templi, ad quæ alludit Zacharias, jacta fuisse à Zorobabele 2. Anno Darii ex Aggæi 2. 16. & 19. Vide Sanctium ibidem num. 54. qui melius conciliat Eisdram cum Aggæo, quam Torniel. Anno Mundi 3518. ex 3533.

251 Quarto observa, in Spiritu divino lo- candam hanc petram, ut Zacharias scribit v. 6. Non in exercitu, neque in robore, sed in spiri- tu meo, dicit Dominus. Divino spiritu opus fuisse, ut primus lapis in templi fundamento, repulsis hostibus, statueretur, observant hic Interpretes. Certè symbolicè id factum, quo Mariæ Conceptio futura prædiceretur opus Spiritus sancti. Non assero conceptam ex Spi- ritu sancto, absque humana parentum genera- tione; exploditur enim error iste ab omni- bus Catholicis. Hoc assero, quemadmodum divinus Spiritus Zorobabelem, Mariæ proa- vum afflavit, ut primum hunc lapidem edu- ceret; ita eundem spiritum Joachimum, &

Annam afflavisse, ut Mariam purè concepi- rent. Inde factum, ut Mariæ conceptio, quæ pura, quæ mundissima, uni sit Spiritui san- cto adscribenda. Unde S. Fulbertus Carno. Fulbert. in Serm. de Virg. Nativ. In hujus, inquit, Carno. conceptione necessaria, haud dubium est, quin utrumque Parentem vivificus, & ardens Spiritus S. divino munere repleverit. Et S. Anselm. S. Anselm. mus lib. de Exordio mundanae salutis c. 3. & c. 5. Calorum Domina, & imperatrix existis, & ut ita esses, in utero matris tuæ à primordio Concep- tionis tuæ, operante Spiritu S. creabaris.

252 Igitur, his præjactis animum intendite in primariu hujus lapidis educationem, Concep- tionem nempe Marianam, quam purissimam fuisse, & immunem ab omni labe verba ipsa facti textus efficiunt. Et educet lapidem pri- marium: id est, proferet in lucem. LXX. & nem desu- educam. Unde quò, quæ ratione? Pro educet, gnat. est verbum iatfa, quod LXX. Interpretes in- terdum explicant per vocem γινωσκω, id est, facio, gigno, progenero, produco: ut constat ex Job. 28. 1. Habet argentum venarum suarum princi- pium. Hebraicè, est argento motfa, id est, exi- tus, egressus, exortus, ab illo verbo iatfa. LXX. legunt γινωσκω; est argento locus, unde fit, unde gignitur. Chaldaicè, producit. Erit ergo sen- sus: Educet lapidem primarium; producet, gi- gnet; vel etiam principium capiet, fiet, progignetur, concipietur lapis primarius, utique à Zorobabe- le, quia reverà extitit Mariæ proavus. Quod Isaias c. 11. 1. dixit: Egredietur virga de ra- dice Jesse &c. Ubi pro egredietur ponitur idem verbum iatfa. Neque aliena est lapidis produ- cendi seu gignendi metaphora; cum non semel in sacris litteris, filii dicantur quasi lapides ex- cisi ex progenitorum lapidicina Isaiæ 51. 1. & ædificio assimilentur, & cum generantur, ædi- ficari dicuntur. Genes. 16. 11. & c. 30. 9. Exo- di 1. 21. Deuter. 25. 9. Ruth. 4. 11. Lege no- strum Del Rio to. 1. Adag. 18.

253 Nec qualemcumque generationem, conceptionem, vitæq; principium præ se fert verbum illud iatfa, seu mundissimum: ut in- tellexere LXX. Interpretes, qui Proverb. 25. 4. reddunt נבאפיא batharizo, id est emundo, purifico, expurgo: Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. LXX. Percute argentum improbum, & mun- dabitur mundum totum. Porro tam ex adjun- ctis, hoc est ex tantæ Reginae Deiparæ subli- mitate, quam ex prudentis Interpretis pro- bitate, ita Verbum iatfa, id est, educet, ac- cipiendum hic est, ut Marianam generatio- nem, seu conceptionem purissimam, atque mundissimam futuram esse, prædixerit Va- tes. Certè B. Virginem permundissimè fuisse conditam, vel ex illo Jerem. 31. 22. liquet: Jere. 31. 22. Creavit Dominus novum super terram: fami- na circumdabit virum. Hebraicè pro crea- vit est bara, quod R. David in lib. Radicu- cum observat ejusdem esse significationis, ac cognatum ejus barar, id est, mundare, puri- ficare: & solent quidem similes radices signi- ficatione colludere, ut ad idem verbum ob- servat Mercerus. Igitur creavit Dominus no- vum, perinde est, atque novam creavit, mun- dam, ac puram, foeminam scilicet, quæ virum circumdabit utero. Audi Amadeum Lusaniens. Homil. 2. de Concep. B. Virg. Novum Amadeus. faciet Dominus super terram; femina circumda- bit virum. Circumdans virum novum circumdata est ab homine novo: circumdans, & generans, cir- cumda-

Matth. 16. 18.

Ecclesiastice perfectæ, cum ad Ma- rie normam exulta.

Primarius lapis ille est, qui funda- menti pri- mus.

Mariae con- ceptio, quæ pura, uni Spiritui S. adscribitur.

Primariu- lapidis edu- cto, Maria purissimam

Conceptio- nem desu- educam.

Verbi, edu- cet, vis ori- ginaria no- viter expen- ditur.

Isai. 11. 1.

Isai. 11. 1.

Maria purè creata, quia noviter.

Jere. 31. 22.

876

772

Amadeus.

cumda-

cumdata, & generata: generans in forma huma- nitatis, regenerata in forma novitatis. Itaque purè, ac noviter, imò ideò noviter, quia purè, creanda dicatur à Jeremia, quæ à Zacharia mundissimè concipienda, & procuranda asse- ritur.

Maria sele- ta petra, eximia, non vulgaris, sed præter ordi- nem.

254 Adde interdum verbum illud iatfa, verti à LXX. per verbum ἐξαίρεσις; Jerem. 34. 13. & significat eximo, excipio, secerno, seli- go. Unde lapis eximius, delectus, præstans, exceptus ἐξαίρεσις & λῶος. Inde ἐξαίρεσις & exemp- tus, è numero selectus, eximius, egregius, qui Job singularem gratiam extra ordinem communem peculiaris est, ut claret ex lexico- graphis. Ostendit ergo Zacharias ex primi lapidis simbolo producendam in mundo ef- se eximiam quamdam petram, selectam, excep- tam, non vulgarem, nec vulgari modo, sed præter ordinem communem, ab ipsamet gene- ratione depuratissimam; nempe Mariam purè conceptam.

255 Denique preme illa lapidem prima- rium, Hebraicè habebat barosab, duplici em- phasi notans, illam petram, illam primam. Pri- mam ordine, dignitate, soliditate: quod in- dicat Vulgatus reddens primarium. Cæterum cum vox Hebræa ros significet caput, prin- cipatum, principium, licebit reddere: Petram illam illius principatus, seu insignis principii fe- lix: quæ sacrae structuræ datura sit exordium, caput, ac princeps extitura totius mystici æ- dificii. Etenim nisi mystica hæc divinæ do- ctine prima petra, primogenita filia, Maria ni- mirum, à primo illo temporis puncto, quo producta dicitur, cælesti non fuisset claritate nobilissima, non eam Vates primariam illam procreatam, non illam petram principatus il- lius, aut principii illius, duplici emphatico ar- ticulo productam prænotasset. Hinc primoge- nitam gratia vocat S. Damas. Orat. 1. de ejus Nativitate. Et S. Ambros. lib. 2. in Lucam ait: Dominus redempturus mundum, operatio- nem suam inchoavit à Maria. Et S. Bernar- din. serm. de Assump. Primogenita Redempto- ris filii sui JESU B. Maria. Atque ut meta- phoram ædificii cum proprietate conjunga- mus, utramque complexa ipsa est filia primoge- nita, petraque primaria Prover. 8. 22. Domi- nus possedit me in initio viarum suarum. LXX. Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua. Ab æterno fundata sum. Vides in ipso di- vinorum operum initio genitam, ac proinde filiam primogenitam dilectissimi? Vides ab æterno ordinatissimè fundatam?

וְהָיָה

וְהָיָה

וְהָיָה

Maria petra cum empha- si notata il- lius insignis principii.

S. Damas. Maria pri- mogenita gratia.

S. Ambro.

S. Bernard.

Prov. 8. 22.

§. IV.

Quenam sit primaria Petra gratia, cui reli- que ejusdem lapidis gratia exequatur; quid- que sit exequare gratia gratiam.

256 G Ratiam ipsius Petrae intellexisse Za- chariam, certum est ex Hebraica Syntaxi, quæ in illis verbis, exequabit gra- tiam gratia ejus, pronomen, ejus, proximio- ri nomini reddit, lapidis, quod Hebræis hæ- mineum est. Quæ igitur prima hæc Petrae hujusce gratia? Quæ item, & quales sunt reli- quæ gratiæ, quæ uni illi exæquantur? Mit- to aliorum placita: ut autem in re obscura, quid sentiam aperiam; peto quæstionis solu- tionem ex tectonica Arte, ad quam necessariò

Ex tectonica

nos mittit Propheta, totus ædificando Tem- plo intentus. Vitruvius lib. 6. c. 2. Nulla, in- quit, Architecto major cura esse debet, nisi uti- que in proportionibus rate habeant ædificia ra- tionum exactiones. Agebat ibi Architectus de ædificiorum privatorum proportionibus. At lib. 3. c. 1. de sacrarum ædium composi- tione differens, ita scribit: Ædium (sacrarum) compositio constat ex symmetria (id est, com- mensuratione) cujus rationem diligentissimi Ar- chitecti tenere debent: ea autem paritur à pro- portione, quæ Græcè analogia dicitur. Propor- tio est rate partis membrorum in omni opere, totiusque commodulatio, ex quo ratio efficitur symmetriarum. Proportionem describit, mu- tuam esse membrorum partiumque omnium in- ter se, atque cum toto ædificii corpore com- modulationem. Hinc symmetriam ortam, id est commensuratio seu mensurarum apta in- ter se responso, aut corresponso, quam Ar- chitecto commendatissimam esse oportet: ut idem Vitruvius ait lib. 1. c. 1. Qui illud con- tinenter addit, quod hic maxime volumus observari; nimirum absque proportionem, ejus- que filia symmetria, seu corresponso, nul- lus fabricæ, atque sacrae præsertim rectam consistere tecturam; ea autem ex humani corporis proportionem, partiumque inter se, & cum tota figura consensu esse petendas: Non potest ades ulla sine symmetria, atque propor- tione rationem habere compositionis; nisi ut ad hominis bene figurati membrorum habuerit ex- actam rationem. Quibus illud jam adnecten- dum est, non extimam tantum hominis spe- ciem proportionem constare, quam ades exactè fabricata referat, sed interiorum quoque ho- minem probè moratum, ac virtutibus excul- tum, eximiam quamdam earum partium, qui- bus perficitur, commodulationem, atque com- mensurationem constitui. Exquisite in hanc rem cecinit nobilis Maro in Poëmata de vi- ro perfecto:

Ne quid hier, ne quid protuberet angulus æquis Maro: Partibus ut coëat, nihil ut deliret amissis:

Sit solidum quodcumque subest. Scitè probum virum ad Architecturæ nor- mam componens, proportionem, & symmetria constare docet, dum æquas, paraleque pro- bitatis partes sibi ad amissim coherentes, ac respondentes præcipit. Quo posito, ad Maria- num jam ædificium, gradum refero.

257 Etenim, primariam illam petram à Zo- robabele productam, B. Virginem esse Zoro- babelis proneptem, jam docuimus; atque de Deiparæ prima productione Vaticinium esse explicandum, statuimus. Ergo gratiam primariæ hujus petrae, dum primo in funda- mento Templi collocatur, ex re non aliam esse intelligere debemus, quam originariam in prima Virginis productione, sanctissimæ illius animæ inditam. Hanc vocat Zacha- rias gratiam petrae, quatenus primariæ, qua- tenus fundamentalis, quatenus à Zorobabe- le divino Spiritu afflato productæ, quatenus divini Spiritus munere purissimæ procrea- tæ. Huic originariæ gratiæ reliquam gra- tiam Mariæ concessam mirabili proportione, & commensuratione respondere, nempe eam, quæ in Incarnatione, quæ in partu, quæ in vita, quæ in morte aucta, & amplificata est. Hoc nimirum est, exequabit gratiam gratia ejus. LXX. æqualitatem gratia gratiam ejus. Quasi dicant; Gratia ejus tota in æqualitate gratiarum posita

arte solutio

quæstionis.

Vitruvii

Primaria Petra gratia in Mariano ædificio est originalis gratia, cui respondet omnis alia gratia ei concessa.